Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

paterfamilias qua hora fur uenturus esset. uigilaret utique.
& non sineret perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati.
quia qua hora nescitis filius hominis uenturus est. Quis
putas est fidelis seruus & prudens. quem constituit dominus su
us supra familiam suam. ut det illis cibum in tempore.
Beatus ille seruus. quem cum uenerit dominus eius. inuenerit sic facien
tem. Amen dico uobis. quoniam super omnia bona sua constitu
In illo tempore. dixit ihesus discipulis. Vos Secundum mathev et eum.
estis sal terre. Quod si sal euanuerit. in quo salietur. Ad nichi
lum ualet ultra. nisi ut mittatur foras. & conculcetur ab
hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscon
di supra montem posita. neque accendunt lucernam. & ponunt
eam sub modio. sed super candelabrum. ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus. ut
uideant opera uestra bona. & glorificent patrem uestrum
qui in celis est. Secundum. lucam.
In illo tempore. dixit ihesus discipulis. Nemo lucernam accendit. & in abs
condit ponit. neque sub modio. sed supra candelabrum. ut
qui ingrediuntur lumen uideant. Lucerna corporis tui. est ocu
lus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex. totum corpus tuum
lucidum erit. Si autem nequam fuerit. etiam corpus tuum tenebrosum
erit. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo corpus
tuum lucidum fuerit. non habens aliquam partem tenebrarum. erit
lucidum totum. Et sic lucerna fulgoris illuminabit te.
In illo tempore. Dixit symon petrus ad ihesum. Ecce nos reliqui
mus omnia. Require in communione confessorum De uirginibus lectio +
Confitebor tibi domine rex & collaudabo Sapiencie.
te. deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo mag

278